This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gd
15.
790

Gd 15.790.

BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).

Jan. 1, 1861.

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. AUTUMNO. TEMPORE.

PUBLICE. CELEBRANDA.

INDICIT.

Vömel

Dr. Ioannes. Theod. Vœmelius.

Rector et Professor.

Emeritus.

Σ Codicis Demosthenici Conditio describitur.

FRANCOFURTI. AD. MŒNUM.

TYPIS. HENR. LUDOV. BRŒNNERI.

MDCCCLIII.

Gd15,790

1861, Jan. 1
Gray Fund.

33 cts.

Σ codicis Demosthenici conditio describitur.

Σ sive S Bekkeri, Parisiensis regius codex MMCMXXXIV (olim 125 et 2187, non ut Bekkerus, Sauppius et Dindorfius 2137), membranaceus (non chartaceus, qualis dicitur in Melloti Catalogo) magnae (non maximae) formae, foliis 533, paginis bipartitis, lineis binis et tricenis (tricenas equidem nusquam numeravi), in posteriore parte literis grandioribus, non eadem manu scriptus. Duas esse textus manus e nonnullis locis continuatis apparet. Comparandum v. c. folium κα' = 22 (sic enim hoc folium inscribitur, non 21) incipiens et aversum folium. In illo redit secunda manus minorum literarum et compendii certi cujusdam particulae καὶ. Sed prima et princeps manus continuat aversum folium, quae prima manus et ipsa nonnunquam minoribus et magis diductis literis utebatur. Sunt autem ambae manus ejusdem aetatis.

Literarum forma est priscis uncialibus proxima. „Viereckige grosse Cursivschrift, welche den Uebergang von der Uncialschrift zu dem Cursiv macht.“ Sunt verba Hauthalii. Ductum literarum Hasius Palaeographiae peritissimus affirmavit ut Catalogus esse Saeculi X$^{i}_{"}$, non XII$^{i}_{"}$, id quod tradidit Augerus.

Membrana est pervetusta, alba, tenuis. Initiales et Finales orationis singulae colore vario pictae. In folio ultimo, quod est chartaceum, manus Saeculi XVI$^{i}_{"}$ haec inscripsit: *Βιβλίον μονῆς τῶν Σωσάνδρων ἔχον φύλλα πεντακόσια δέκα* (erravit monachus. sunt enim nunc quidem 533 folia. sed notae numerorum aliquoties falsae paginis inscriptae sunt), *τετράδια ἑξήκοντα τέσσαρα, ἔχει λόγους ἑξήκοντα ἕξ.* Itaque hunc codicem olim possedit monasterium Sosandrorum. Quod ubi fuerit, equidem nescio, fortasse Ancyrae in Galatia. S. enim Sosander in ea regione commorabatur. Vid. Vit. Sanctt. s. die XVIII Maji, ubi Bolandistae p. 158 confitentur: „Dolendum quod hujus S. Sosandri Martyris nulla alibi exstet notitia.“ Dindorfius autem affirmat (Praef. Oxon. p. VI) id monasterium fuisse in monte Atho. Nescio unde haec vir doctissimus petierit. Montis sancti monasteria cognovimus omnia, nullum in iis Sosandrorum. Fortasse in eadem illa regione Asiae codex est scriptus. Scriptus enim Hasio videtur aut Constantinopoli aut Caesareae in Cappadocia aut in Asia minore, quibus in regionibus saeculis IX$^{o}_{"}$ et X$^{o}_{"}$ talis manus calligraphi florebant. Id quod Hasius e plurimis codicibus cognovit. Cum hac observatione conveniunt vitia fortasse codici Σ propria, ut *ὑπολήμψεσθε* Cor. §. 40, quum Zenothem. §. 12 *ἀπολήψεσθαι* habeat. Ionica illa est forma Cilicum aliarumque cum iis conjunctarum gentium. Vid. Scholz. Prolegg. ad Edit. N. Test. p. XVIII.

In prima codicis pagina haec leguntur: „Hic videtur esse codex indicatus in catalogo codicum graecorum Nicolai Rodulphi Cardinalis. Classis oratoriae No. 35 (non 335, quem numerum tradidit Augerus). *Δημοσθένους λόγοι ξβ*, quamquam hic continet LVIII orationes, epistolas et prooemia.“ In fine nunc desunt folia. De Nicolai Ridolphi medio Saeculo XVI° florentis bibliotheca vid. Cardellae Histor. Cardinalium Vol. IV. p. 63.

Tegumen e corio rubro aureis lineis et signo Henrici IV, regis Franciae, ornatum est. Itaque regiae bibliothecae liber erat circa annum 1600.

De quaternionibus illis vid. Montefalc. Palaeograph. p. 26 sq. In hoc quidem codice quaterniones numerantur in foliorum octonorum imo margine. Numerantur in eodem codice lineae literis dextro sinistroque margini adscriptis, pariter in eadem oratione, in aliis diverso modo, plurimum per 150 — 155 lineas collectas. Numerantur etiam versus. Sed de his copiosius agendum.

De Stichometria codicis.

Cf. Montefalc. Palaeogr. p. 28 sqq. Jons. Script. Hist. II cap. 5. Barth. Advers. LIV, 22 et passim. Alii a Tayloro Prolegg. in Reisk. Orr. Vol. VIII p. 735 nominati et a Ritschelio Stichometria in Ind. Lect. Bonn. 1840 et de Bibl. Alex. p. 91 sqq. p. 113 sq. *

Lineas quas nunc appellamus dici versus, *στίχους*, notissimum est eaque intelligenda sunt sine ullo dubio *ἔπη*, ubi numerantur sive carminum sive scriptorum, ut Theopompi in Phot. Bibl. cod. 176 p. 203 H. versus finem. Sed alius est rhetoricorum versuum, commatum sententiam comprehendentium, numerus, qui in Σ aliisque codicibus orationum finibus subscribitur antiquus. Demosthenes enim reliquit *πέντε ἢ ἓξ μυριάδας στίχων*. Dionys. H. De vi Dem. cap. 57 p. 1126 **. In Σ non omnibus orationibus numerus versuum subscriptus est. Carent iis notis orationes 22, et si subscriptarum numeri colliguntur, efficiuntur versus 27692. Sed si ratione procedimus, codex Σ eundem numerum prodere videtur quem Dionysius. Nam primi tomi 28 folia continentis fini subscriptus est numerus 2275 versuum. Cf. not. crit. ad fin. Halonn. Atqui codex nunc continet folia 533. Itaque secundum rationem primi tomi totus codex, si omnes orationes divisae essent, contineret 43173 versus. Jam vero mancus in fine est codex. Ergo quae desunt Dionysiano numero, imputanda videntur deficientibus foliis et orationibus deperditis. Eandem fere summam efficimus secundum Bav. codicem. Cf. Ritschelius Stichometr. p. VII, qui 40124 versus computavit, quibus addendi sunt versus Prooemiorum et Epistolarum, circa tria millia (secundum Σ 2683).

At disputatur de notione *στίχων*, sintne h. l. intelligendae lineae an rhetorici versus. Ritschelius (locc. citt.) censebat eas esse pares scribae lineas. Contra disputavi in Museo Rhen. 1843. II p. 452 sqq. Versuum quidem metricorm et linearum continuarum numeri ex vetusta memoria tradebantur, quales fuisse videntur *ἔπη* Theopompi et *στίχοι* Josephi. De hoc more scribarum vid. praeter Ritschel. l. c. Scholz. Introd. in libros sacros Vol. I p. 136. p. 139 sqq. Millius Prolegg. N. Test. p. 100. Sed alius mos erat

---

*) „De Stichometria egregie post alios disseruit Frater Gabriel Fabricy in Diatriba, qua Bibliographiae antiquariae et sacrae critices capita aliqua illustravit Sect. VI." Jacob. Morell. Biblioth. S. Marci Mscr. p. 289.

**) Idem fere numerus est Archaeologiae Josephi Judaei. Vid. ejus finem: *Ἐπὶ τούτοις καταπαύσω τὴν ἀρχαιολογίαν βίβλοις μὲν εἴκοσι περιειλημμένην, ἓξ δὲ μυριάσι στίχων.* Ibi Havercampius: *Στίχος* non integram periodum complectebatur, sed ejusmodi particulam, quae distinctum sensum in se contineret, unde *στίχων* numerus in immensum exsurgebat." Cf. Suidas s. v. *κῶλον. μόριον, λόγου ἐκ δύο ἢ καὶ πλειόνων μερῶν συνιστάμενον. — κῶλον οὖν ὁ ἀπηρτισμένην ἔννοιαν ἔχων στίχος.* Vid. Ernest. Technol. Gr. s. v. *κῶλον.* At etiam h. l. lineas intellexisse puto Josephum Theopompi exemplum imitantem. vid. quae infra de Josephi loco monebimus.

rhetorum, qui recitandi causa secundum sententiam lineas finiebant. Callimachus Bibliothecarius Alexandrinus *), de cujus more titulo libri indicato etiam linearum numeri addendi vid. Casaub. ad Athen. VI p. 244 A., ut videtur primus Demosthenis orationes in versus oratorios divisit. Idem Ciceronis orationibus accidit, idem sacris bibliis. Etiam codicis Tusculanas Tullias continentis Saeculo IX° scripti et in Biblioth. Paris. Reg. No. 6332 conservati lineae secundum sententias divisae impares sunt. Illius traditionis auctor est S. Hieronymus, qui quum primus apud Latinos interpretationem Veteris Testamenti in versus diviserit, rationem defendit exemplo orationum Demosthenis et Ciceronis eo more distinctarum: „Nemo, inquit, quum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebraeos ligari. — Sed quod in Demosthene et in Tullio fieri solet, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam novo scribendi genere distinximus.“ Praefat. in Jesaiam. Postea vero ut pergamenis parcerent scribae lineas post finitam sententiam continuabant et puncto antiquos versus sive commata rhetorica significabant. In Σ etiam nunc illa puncta passim apparent. Ut talis versus citatur Cor. §. 179: *οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα* usque ad *Θηβαίους* totus locus duarum triumve linearum. Vid. Aquila Rom. §. 40. Eundem versum alii *κῶλον* dixerunt. Tiber. Rhet. *κή*. Demetr. Phal. §. 284. Dionys. Hal. Vol. V. p. 46 sq. Herodian. Fig. p. 59 Dind. Contra citatur brevis versus *ἥττημαι*. Joann. Sic. Rhet. VI. p. 127 W: *στίχους δὲ κοινῶς οὗτοι* (scil. *οἱ ῥήτορες*) *καλοῦσιν ἅπαντες, εἰ μόνον* (scr. *μόνην*) *ἀπαρτίζοιεν ἔννοιαν, ὡς τὸ Ἥττημαι.* Cicero igitur recte versum vocabulo membri explicavit. Vid. Museum Rhen l. c. p. 453 sq.

Jam in Σ codice ut quaternionum et linearum numerus notatur, sic capita orationum in margine et versus in fine numerantur. Vel hinc luce clarius elucet hos versus ab illis lineis diversos esse oratorios. Deinde numerus versuum subscriptus neutiquam numero linearum respondet, nullius libri. nam Phil. I, quae quarta parte brevior est quam Phil. II, plures versus continet quam haec altera. Illi subscripta est 460 versuum nota, huic alteri 290. Item Phil. III, quae a Dionysio (p. 947 R) dicitur maxima Philippicarum, pauciores versus habet quam brevior Chersonesitica. Illa habet versus 580 et paginas Reiskias 21, Chersonesitica versus 590 et paginas R. 20. Or. c. Boöt. II brevissima, paginarum Reisk. 18, continet 570 versus. Prooemia et Epistolae pro brevitate in longe plures versus dividuntur quam orationes. Infirmum igitur e versuum numero Sauppius (Mus. Rhen. l. c. p. 453 not) et Droysenius (Diar. Ant. 1845 No. 2) argumentum petierunt ad documenta in oratione Demosthenis de corona reprobanda. Nihil efficitur nisi ut documenta illa in versus oratorios non sint divisa, scilicet ad artem oratoriam non pertinebant. Cf. Programm. Francof. 1844. 1. p. 12. Quodsi sunt oratorii versus in Σ codice indicati, manifesta est ratio, cur in aliis codicibus ille numerus subscriptus cum Σ conveniat, nisi ubi est terror scribarum. Cf. ad clausulas not. crit. His argumentis S. Hieronymi traditio confirmatur.

---

*) De illo Callimacho aliisque *πινακογράφοις* vide nunc etiam Schneidewin. Praefat. ad Hyperid. p. XIV.

De praestantia et de vitiis codicis.

Praestantia codicis diu cognita est. Jam Parisinae Thierschianae margini notâ A varietas codicis ad Olynth. I — III, Phil. I et maximam partem or. de Pace nescio quo tempore docta manus adscripsit. Tum Augerus ad aliquot locos corrigendos libro usus est in Edit. Philippicarum. Tum Dobraeus literis ad Thomam Kiddium anno 1814 Parisiis datis (vid. Dawes. Miscell. p. 221 ed. 2. Kidd.) scripsit hujus codicis esse scribam doctum ex eoque fonte multa ad locos Dem corrigendos petiit in adversariis suis, etiam in Aristophanicis locis tractandis. Primus paulo post ad omnes illius orationes corrigendas librum adhibuit Imm. Bekkerus, quum a. 1816 Philippicas, tum or. de corona et a. 1824 reliquas ederet. Denuo circa a. 1845 orationes Aristocr., Timocr. et fals. legat. cum Σ in usum Weberi Gustavus Weilandus contulit, et omnes iterum orationes Dübnerus ad Dindorfiam Editionem instruendam. Denique ipsi, ut nobis videmur, accuratissimum studium in hunc laborem impendimus a. 1846.

Merito omnes in codice laudando consentimus. Jam enim Kiddius in Dawes. Misc. l. c. e Dobraei observatis judicavit „miram quandam in his etiam inter ipsos librarios membranarum Clarkio-Bodleianarum Platonis et codicis illius optimi Demosthenis similitudinem intercedere. ambo videntur amantissimi vetustatis. uterque emendate scribendi usquequaque asperi exactores.“ Uterque ex Atticiano fonte manasse videntur, de quo nos alia occasione. Hanc originem Sauppius Epist. ad Hermann. p. 50 feliciter indagavit. Nam quam Atticianorum exemplorum lectionem ter Harpocratio dixit, eandem Σ exhibuit. Reliqua quoque optimi cujusque codicis in Σ occurrunt, qualia sunt haec, ι suo loco adscriptum*, omissum in *τολμᾶν* similibusque infinitivis, *ἐθέλειν* et *ἐκεῖνος* nisi post longas vocales, *τἆλλα*, *τοὔνομα* et reliqua elisio, de qua nos in capite de apostropho, item quod *ν* et *ς* finalia saepe etiam ante vocalem sequentis vocabuli posita sunt, de quo usu nos in capite de *ν* et *ς* adductis. Plura majoraque praestantiae signa invenietis in Prolegomenis de formis.

Attamen praetantissimus liber non caret vitiis multaque Σ omisit quae in aliis manu scriptis et in omnibus olim expressis leguntur, et sunt viri docti, qui „caute illo libro utendum esse jubeant quippe doctas indoctasque grammaticorum manus non uno in loco experto“ Dindorf. Praef. Lips. p. I. Bremius autem (ad Aphob. I. §. 62 p. 46) monuit: „Ex multis locis cognovimus librarium codicis doctum fuisse grammaticum. hinc si quando rationi cuidam adhaeserat, eam mordicus tenebat et constanter inferebat, quum ceteri se proderent ipsi inconstantia.“ Quum nihil sane, ut de hac sententia nostrum judicium interponamus, proficiamus talibus de universa ratione opinionibus, singula capitibus de formis tractabimus. Engelhardti quoque praeceptum limitibus circumscribendum est censentis (Annot. crit. in Dem. p. 4) „codicis Σ vitium praecipuum in omittendo positum

---

*) Attamen saepissime *ὅσω*, *τοσούτω*, *πολλῷ* similiaque adverbia sine ea litera exhibet, quae forma etiam alibi frequens occurrit. Sed alteram nonnunquam formam invenimus, ut *ὅσωι* — *τοσούτωι* Chers. §. 50. Contra Hyperidea Ardeniana exhibent etiam *οὕτωι* (idem *οὕτωι* Σ Lept. §. 113, sed ι lineola notatum) *οκτωι*, *εγωι*, *πεντηκοντα*, *εποιησωι*, *πλειωι*, *ηδηι*, sed sine litera adscribenda *ἰδια*, *δημοσια*. Vid. ed. Schneidewin. p. XII. et Addend. Sed rarissima sunt in Σ talia, attamen *εγγυτατωι* Mid. §. 123.

esse. tam saepe enim, inquit, vocabula omittit, quae abesse non debent, ut proprium hoc ejus vitium, non virtutem esse quivis intelligat. Quare etiam ibi cautius agendum erit, ubi salvo sensu ab eo vox abesse possit." Quae vir doctissimus exempla verborum tamquam male omissorum ibidem contulit, eadem alii, inprimis Funkhaenelius exposuerunt rectissime abesse plurima. Nec temere omissas esse particulas καί, μέν, δέ, nec οὐδέ pro simplici οὐ sine ratione exhibitum docuit Doberenz. Observv. Dem. Ipse ego olim, quum naturam libri nondum perscrutatus essem, non nisi timide codicem omittentem sequebar, praeeuntibus etiam Krügero et Klinkmüllero. Hic enim (Praef. p. IX) opinabatur pleraque e negligentiâ, complura de industria omissa esse librarii ad resecandum proclivis. Quare quae sine detrimento sententiae servari possint, retinenda esse mavult. Krügerus autem (Annot. ad Phil. I p. 26 = Appar. T. V p. 771) ne optimis quidem libris ubi quid omittant obsequendum esse censebat, nisi rationibus quoque probari possit omissionem non a librariorum negligentia repetendam esse. Recte quidem nisi ratio accedat. At in longe pluribus locis ratio apparet, cur omissa in Σ sint omittenda quam ubi cura scribae suspecta est. Sed majorem quam ego fidem codici omittenti habent Funkhaenelius, Sauppius, Baiterus, Halmius, Scheibius, Spengelius. Vid. Praef. Edit. Turic. p. II. Disputatur enim de diversa auctoritate primae codicis manus et correctricibus.

Exhibet enim codex varias variis manibus et coloribus additas lectiones, quas Bekkerus sic divisit:

pr. Σ om = prima manus omisit, quae postea suppleta sunt.
mg. Σ = marginis est scriptura.
rc. Σ = recens manus in textu supra lineas.
rc. mg. Σ = recens manus in marg.
γρ. Σ = varia lectio ex alio codice petita. Vid. Funkhaenel. De Phil. III ad Hermann. p. 5. Idem p. 8 scripsit: „Patet codicem, quibus locis nota haec „„om. Σ““ appicta est, verba oratoris ex eo exemplari, qui ejus fons esse videtur, incorrupta excepisse et servasse. Idem iis locis factum est, ubi illud „„om. pr. Σ““ legitur. Sed quae prima manu librarii, qui ex illo antiquissimo codice orationes in Parisiensi descripsit, omissa erant, postea ex alio exemplari cum Parisiensi collato addita sunt. Iterum codex aliena manu vitiatus est, quae ea adjecit, quorum nota haec est „„rc. mg. Σ““ et „„rc. Σ““. Itaque bis Parisiensis liber manum alienam, quam equidem emendatricem non dixerim, expertus est." Eandem fere regulam Turicenses (Praef. p. VI) sequuntur hanc: „Ubique diligenter videndum est, quid primitus in Parisiensi scriptum fuerit. Haec fidem habent, reliqua tum demum in auxilium vocari oportet, si illa plane ferri non possunt." Cf. Funkhänel. in Diar. Antiq. 1847 p. 405 sq. Nos correctionis varietatem secundum aetatem accurate discrevimus non nostrum solum judicium pronuntiantes. Ex Hasii peritissimi colloquio quae, quum manibus et oculis codicem tractaremus, profecerimus, iis alios privatos esse nolumus.

Calligraphus igitur uterque sua arte intentus literas, syllabas, verba nonnunquam vitiavit, neglexit, omisit. initio alicujus orationis, vel etiam totius codicis plura vitia occurrunt, quam labore progresso et peritia crescente. Nonnulla calligraphus correxit

ipse sive rubro colore sive atro. nam manus rubro scribens est eadem quae reliquas ejusdem partes atramento flavescente vel rubrescente scripsit calligraphi. Doleo quod facta similia imagine in aliorum usum repetere non possum. Eandem esse manum rubri coloris et calligraphi reliquorum verborum concludimus ex initio quoque orationis c. Leocharem. nam litera initialis A ante reliquam lineam rubro scriptam non rubro, sed eodem, quo omnes reliquae lineae, atramento et eodem acri metallico (quod nunc diceremus Stahlfeder) scripta est. Ubi igitur in correctis eadem literarum forma, quamquam saepissime propter angustum spatium minor (quae nunc dicitur cursiva manus), etiam compendiis antiquissimis adhibits, idem atramentum, idem illud instrumentum acre apparet, calligraphi principis manum videmus. Etiam ubi pallidius quidem factum est atramentum sive tempore sive aqua a scriba aucta *, sed ejusdem instrumenti ejusdemque artis operam videmus, eundem calligraphum correxisse putamus quidem, praestare non possumus.

Principis et alterius calligraphi manus sive rubro colore sive pallido atramento subscripsisse videtur Δ, alia manus Δ^{ρ}ω, alia *Διώρθωται μετρίως* i. e. ***satis correctum est.*** Aliis subscriptum est *Ἀντεβλήθη*. De *διορθώσει* post Wolfii Prolegomena Hom. et Lehrsium (de Aristarcho) non morabimur. De correctoribus cf. Scholz Prolegg. in Ed. Nov. Test. §. 2. Ejusd. Introduct. in libros sacros T. I. p. 133. Unum locum describamus, ubi *κατορθοῦν* loco *διορθοῦν* is dicitur, qui exemplar (die Abschrift) cum exemplo (dem Original) eodem collatum (*ἀντιβληθέν*) corrigit. Irenaeus ap. Euseb. Hist. Eccl. V, 20: *Ὁρκίζω σε τὸν μεταγραψάμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, — ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς.*

Non totus Σ correctus est, imo maximam partem correctores non reviserunt. In fine or. c. Onetor. II fol. 389 occurrit *ἕως ὧδε* Δ. Tum in sequentium orationum clausulis signum Δ est alius manus et coloris. Quibus autem orationibus illa correctionis signa subscripta sint, apparebit e tabula infra addenda. Nonnullas non solum cum suo exemplo collatas esse, sed etiam cum alio ex annotatione ad fals. leg. §. 201 in margine adjecta apparet hac: *σ· ἄπωθεν λείπει ἡμᾶς* (sic ex corr.) *ἕως τοῦ ἄλλου ὁμοίου σημείου.* At hoc alterum signum in Σ non invenitur nec quicquam deest in textu. Itaque collator in suo libro lacunam notavit, quum codicem Σ cum alio exemplo quam unde hic descriptus erat conferret. Etiam *ἐν ἄλλῳ* habet marg. Epist. I in titulo. Id vult *γρ* (i. e. *γράφεται ἐν ἄλλῳ*) margini adjectum. Haec minoris sunt auctoritatis. quae vero ipse sua manu calligraphus post primam scripturam addidit vel correxit aut alius ejusdem aetatis scriba, pluris ut consentaneum esse videtur nos facimus quam quae primo dederat. Diversas igitur correctrices manus pro dignitate aestimandas in nostro exemplari sic notavimus:

scr. = ipse calligraphus corrector. Idem ejus est instrumentum, idem atramentum, eadem literarum forma.

ant. (scr.?) = ejusdem aetatis cujus calligraphus et ***fortasse*** ipse calligraphus. Eadem instrumenti acies, eadem literarum forma, sed atramentum pallidius.

Alius est, de quo „ant. marg." ad *γρ*. addidi. Hic esse videtur Saeculi XI!. Sed simplex *γρ* nota plurimum ad inferiorem recensionem pertinet.

---

*) Exemplum est pro Phorm. §. 41. Ibi pulchrum atramentum subito pallescit, sed post 8 lineas ille color redit. Scilicet non alia ejus erant elementa, sed aqua affusa factus erat tenuior.

recentior = corrector Saeculi XII[i]. Calamo scriptae sunt literae latiores, atramento minus pallido.

recens = Saeculi XIV. Penna, atro colore. Ejusdem Saeculi plurima sunt scholia ad Olynthiacas orationes.

recens coloris viridis, Saeculi XV[i]. De hac aetate memorabilis est margo ad Phil. III §. 36: *Τοῦτο καὶ τὰ Ρωμαίων ἐλυμήνατο πράγματα, καὶ εἰ μὴ παύσεται, οἴχοιτ' ἂν πάντη καὶ διαφθειρείη, μᾶλλον ἤδη δὲ καὶ διέφθαρται.* Significantur Byzantiorum (*Ῥωμαίων*) extrema tempora, itaque Saeculum XV[um]

Verum qualia sunt vitia codicis? Talis negligentiae vitia, quali etiam accuratissimi scribae obnoxii sunt, interdum, quamvis raro, aberrante oculo maxime ob literarum similitudinem. Cujus generis pars adeo altiorem antiquitatem prodit, ubi ex uncialibus confusis error factus codicis exemplum uncialibus literis scriptum fuisse ostendit, ut *δη* et *αν* saepius confunduntur. *τε* et *γε* (Euerg. §. 15. Timoth. §. 39). *αρτιας* et *αργιας* (Eubul. §. 32). E confusis *α*, *λ*, *δ*, ut *δηπαντας* et *απαντας* Timocr. §. 68. — *διαλυσεις* pro *διαδυσεις* ib. §. 139. — *πολλ' ανηλωκως* pro *πολλα δ' ανηλωκως*. ib. §. 165. — *προειλοντο* pro *προειδοντο* Funebr. §. 18. — *διητης* pro *αιητης* Neaer. §. 40 bis. — *κελευσειεν* pro *κηδευσειεν* ib. §. 81. — *ὅλως* pro *ὁδ', ὡς* Epist. IV §. 4. — *συνδικουντι* pro *συναδικουντι* adv. Phorm. §. 28. — *αποδεδωκεναι* pro *απολωλεκεναι* Lacr. §. 2. — *ευβουλιαδου* pro *ευβουλιδου* Macart. §. 15. — *εανδελεγωμεν* pro *εαν λεγωμεν* Leochar. §. 3. — *δει* pro *αει* ib. §. 23. — *διαμαρτυρησαιδιων ἐτόλμησεν* pro *διαμαρτυρῆσαι οὐκ ἐτόλμησεν*. — *ουδεναελοιδορηκεν* pro *ουδεν λελοιδορηκεν* Eubul. §. 34. — *καιρον* pro *κληρον* Steph. II. §. 22. — *ιδεναι δι* pro *ειδεν, δι'* Euerg. §. 15. — *αδαιευς* pro *ἁλαιευς* Conon. §. 31. — Ceterum vestigia uncialium talia etiam in *Ω* aliisque recentibus quamquam rarius inveniuntur. Ob reliquam similitudinem errores existunt frequentiores. Similia sunt autem in *Σ*: *μ ν λλ λι η κ υ β*. — *ε ει σ α αι σπ απ αυπ*. — *γ ττ*. — *π ω*. — *ζ ξ*. — Deinde *ειχετ* (*εἶχετ'*) et *ειχεσ* (*εἶχες*) aegre oculus discernit. Sic Cor. §. 76 *ειχεσ* correctum ex *ειχετ*. Debeatne mendorum numerus etiam auribus dictantes sequentibus et antegressas syllabas tenentibus in codice *Σ* originem, quod vitiorum genus Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 120 tetigit, dubitamus; causas sufficientes invenimus itacismum, pronuntiationem, finem linearum, terminationem verborum, propinquitatem similia cum similibus conjungentem.

Jam recensebimus quae vitia codicis *Σ* Funkhaenelius Obs. crit in Phil. III p. 3 sq. collegit: Phil. III §. 6—7 omnia omisit pr *Σ*. Scilicet aberravit oculus scribae a priore *εἰ μὲν οὖν* ad alterum *εἰ μὲν οὖν*. Addita sunt manu Saeculi XII compendiis in exteriore margine. In medio margine est notatum: *ζήτει τὸ λειπὸν* (sic pro *λοιπὸν*) *ἔξωθεν*. Quae si reputaveris, illum locum ejiciendum esse non judicabis. — §. 17 *φῆισ* pro *φησὶ*. Si *φῂς* verum esset, equidem addendum esse *ἐκεῖνον* censerem. Transposuit scriba literas, quarum ordinem alias lineolis restituere solebat, quod quum facere h. l. oblitus sit, alius superposuit ^. — §. 42 *Ἀρίθμιος* pro *Ἄρθμιος*, ut *Σ* postea §. 43 recte *Ἄρθμιον*. Causa erroris patet. — §. 51: *ταῖς παρασκευαῖς, ὅπως — μὴ κινήσηται σκοποῦντας*. — §. 56: *ὅπως μὴ δουλεύσωσιν οἱ πολῖται πράττοντες* — §. 52 *ὑμῖν* (vulgo *ἡμῖν*) *ὑπάρχει, ἅνπερ — ποιεῖν ἐθέλωμεν ἃ δεῖ.* Ubique in codicibus *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* etc. confunduntur, etiam in *Σ*, attamen in hoc multo rarius quam in aliis. — §. 54 *φόνου* pro *φθόνου*. Hoc obseraverunt Bekk.

2

et Dindorfius. Ego non item, fortasse non acriter in librum inspiciens. — §. 61 ἠβούλοντο εισπραττον loco ἠβ. ἔπραττον. Acutissimus Funkhaenelius conjecit ἠβ. ὄντες ἔπραττον. At επ et εισπ in cod. Σ non valde differunt. — §. 64: ἐγκατελήφθεισαν (non ἐγκατελείφθησαν), sed ει est in eraso et ut videtur antea erat η. Prima manus h. l. eadem est correctrix. — §. 65: ωσ pro ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Ortum illud esse puto e compendio ὦ, quamquam alibi in Σ id non invenimus. De reliqua hujus §. varietate alio loco. — §. 71: τους αλλους pr.; manus Saeculi XIV merito correxit in τοῖς ἄλλοις. Ibid. παραδωμεν pr. manus pro παρακαλῶμεν, quod manus calligraphi aut alia ejusdem aetatis superscripsit. De reliquis alio loco. — §. 52 non habet pr Σ εισ την πολιν, ut post Bekkerum Dindorfius tradidit, unde Funkhaenelius conjecit: ἔστι τὴν πολλήν. Nunc Σ habet ἔστιν, sed ε et ut videtur ν in eraso. ambae literae sunt ipsius calligraphi. tum proxime pr. dederat πόλιν, cui recentior (Saeculi XII.) addidit λ et mutavit accentum, ut sit ἔστιν πολλὶν. sic.

Quae Sauppius (Epist. ad Hermann. p. 47 sq.) e Phil. I collegit vitia codicis, non omnia vitupero. De ἐπεὶ εἴ τοι §. 2; de παραστῆσαι §. 17; ὅπως μὴ ποιήσητε §. 20; εἶχον §. 51, in notis criticis agemus. Sed §. 3: βούλησθε Σ cum omnibus libris pro βούλοισθε. — §. 4: υμιν cum aliis multis pro aptiore ἡμῖν. — §. 7: ἑτοίμῶς eadem manu. — §. 10: περιόντες pr Σ, sed ejusdem aetatis corr. recte addidit ι. Infra §. 48 περιόντες reliquit corrector loco περιιόντες. Item passim in Σ, nihilque frequentius etiam in aliis antiquis libris quam περιών pro περιιών. Vid. Böckh. ad Hyperid. Fragm. Harris. No. IV. C. 6. „Satis constat de hac forma ex comicis poetis —, qui quum vitae consuetudinem sectarentur, ne in pedestribus quidem scriptoribus haec forma librariorum videtur oscitationi tribuenda esse“ rell. Schneidewin. ad Hyperid. Arden. p. 66. et p. XXII s. v. — §. 11: ἐπεύξηκεν ut Olynth. III §. 29 ηὔξηκεν. De hac forma alio loco. — §. 13: δοκηι pro δοκεῖ. Cf. infra p. 11 extr. — §. 15: ὡς pro ὅς, sed cum obelo. — Ibid. καταλύων pro κωλύων. Compendium praepositionis erat erroris causa. — §. 19: κἂν τινοῦν. excidit ὂν post αν. — §. 23: πολὺ στρατος (i. e. Πολύστρατος). inter ύ et σ aliquid recenti atramento deletum est. — §. 31 ante τόπον codex omisit τὸν. — §. 33 ἃ non ante δ' codex omisit, ut tradidit Bekkerus, sed ante λέγω. — §. 35: τῶν καιρῶν, τῶν εἰς Μεθώνην, τῶν εἰς Παγάσας (sic) — τῶν εἰς Ποτίδαιαν pro τὸν εἰς — τὸν εἰς — τὸν εἰς. — §. 41: ἄλλοθί ποι pro ἄλλοθί που. — §. 43: εἰ — κωλύσηι (ut F) pro εἰ — κωλύσει. Sunt qui etiam in genuinis Demosthenis locis εἰ cum conjunctivo defendant. Non probo. Plura exempla hujus erroris infra dabimus. — §. 46 Σ non habet ἡττῆται, sed rectissime ἡγῆται. — Ibid. post ὧν om. ἄν. — §. 51 pr συνοίσων, sed in ω ultima particula erasa videtur, accentus relictus est, ut sit συνοίσον.

In Midiana Meierus collegit haec codicis illius vitia: §. 112 νόμων pro ὁμοίων. — §. 134: επεχαιρουν pro ἐπέχαιρον, ut margo Saeculi XI. cum nota γρ. — §. 179: ἐχειροτονήσατε pro κατεχειροτονήσατε. Excidit κατ facile inter εκεινος et εχει. — §. 190 pr. om. ἐν post οὐδεν. Additum est eadem aetate. — §. 195 omisit καὶ ὑπεροψίας, ut videtur, merito, quia paene tumidum est post τοσαύτης ὑπερηφανίας.

Ut penitus natura vitiorum libri perspiciatur, addam alia. σημωνος Neaer. §. 25 bis. — σαλαμῆνι, linea notatum est η, superscriptum ι est manu ejusdem aetatis, ib. §. 95. — σαλαμηνι pr., correctum in σαλαμινι eraso dimidio η ibid. §. 97. — αρτεμησιωι ib. §. 95. — τότε pro ποτε funebr. §. 1. — Phil. IV §. 54 ἀφ' pro ἐφ'. — §. 62 ἐφ' pro ὑφ' — Lept.

§. 56: ὄυμεταυθ' pro οὐ μετὰ ταῦθ'. — Mid. §. 108: μεταυτ', ubi antiquus corrector inseruit τά. — Mid. §. 156 ην pro ἦν, ἦν, ut Hyperid. papyr. Ardenian. Col. 30 p. 9, 10: ει pro εἰ; εἰ. — Böot. II §. 3: ἐν δεκα ἔτεσιν pro ἐν ἕνδεκα ἔτ. nam vid. ejusd. or. §§. 18 et 43. — Pac. §. 25: κατασυνθηκασ loco κατὰ τὰς συνθήκας. Cf. αη in Hyperideo papyro Ardeniano Col. 14 p. 29, 20 ed. Schneidew. pro ἃ δή.

ἂν excidit ob propinqua similia. Olynth. I init. Ἀντὶ πολλῶν ἂν (om.) ὦ ἄνδρ. Ἀθ. — Pac. §. 2: οἷς ἂν (om.) ἁμάρτητε. — Phil. IV §. 16: τί γὰρ ἂν (om.) ἄλλο τις εἴποι; — Ib. §. 50: μόνην ἂν (om.) ἐναντιωθῆναι. — Mid. §. 186: ὅσωπεραυτὸν — ποιῆι, ubi ejusdem aetatis corrector ante αὐτὸν addidit ἄν, ut addendum esse Schneidewinus (quem vide) perspexit in Hyperideis Ardenianis Col. 20 inter πρὶν αὐτό. — Mid. ibid. pr Σ om αν post νῦν, addidit idem corrector. — Contra in Hyperid. Arden. p. 13, 21 εισαγγελιαναδουναι Barbingtoni non erat dubitandum alteram syllabam αν delere. In aliis codicibus longe saepius ἂν necessarium omittebatur, inprimis ubi ejus compendium nostrae commatis notae simile est. Hoc observavit artis criticae peritissimus Theod. Heysius, quum in nostrum usum codices compararet. Saepius ἂν omissum est ante αν —, εν —, ον — similia, vel post eas syllabas.

Leochar. §. 62: ουτοιννμεν γαρ pro οὗτοι μὲν γάρ. nam ννν ortum est e proximo μεν et consuetudine audiendi atque scribendi οὐ τοίνυν. — Fals. leg. §. 66: τουτον (ον correctum est in ων ab ipso calligrapho) φωκε (in fine et initio linearum ab alio additum est, sed eadem aetate, ut esset φωκέων) ὀλέθρον pro τοῦ τούτων ὀλέθρου. Excidit τοῦ ante τον. item paulo inferius pr. τον, cui corrector ejusdem aetatis addidit τον, ut existeret rectum τοῦτον. Non raro articulus ante articulum excidit. — Onetor. I §. 34: πασιφάνους, quum idem proxime habuisset πασιφῶντος. — Rhod. §. 11: ὡς ὥρμηκε βασιλεύς, ὡς σφόδρ' ἂν αρτεμισειαν — αλλατο (non τον. super primae το corrector ejusd. aetatis scripsit τωι) βούλεσθαι —, ἵν' ὡς οικειοτατανταυτην ἀποδέχηται (fort. ἀποδέχητο?) pro ὡς ὡρμ. βασιλέω σφόδρ' ἂν Ἀρτεμισίαν (ut paulo ante idem Σ: ἀρτεμισία), ἀλλὰ τῷ βουλ. —, ἵν' ὡς οἰκειότατ' αὐτὴν ἀποδέχοιτο.

Halonn. §. 24: ὦ ἄνδρ. δικασταί pro ὦ ἀ. Ἀθηναῖοι in deliberativa oratione, tam propensi erant scribae ad illam hancve compellationem. Inde Mid. §. 61: ω ανδρες ἀθη δικασται sic Σ cum punctis pallidis. et §. 77: ω ανδρες ;ἀθηναι; δικασται sic cancellis notatum.

Aphob. I §. 35: δύο τάλαντα καὶ πέντεκαιδέκα μνασ praeoccupata ex inferioribus (πέντε τάλαντα καὶ πεντεκαίδεκα μναῖ). delenda sunt καὶ πέντεκαιδέκα μνασ.

Facilis scriba labitur in η, inprimis ηι loco ει. Olynth. III §. 6: εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε, pro quo Ω: ἂν γὰρ μὴ βοηθήσητε. vulgo εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε. — Olynth. I §. 26: εἰ — μὴ πράξηι. — Chers. §. 50: εἰ δὲ — δοκηι. — Phil. III fin: εἰ δέ τις ἔχηι —. Ὅ τι δὲ ὑμῖν δόξηι. — Phil. IV §. 11: πῶς ταύτην καταλύσηι. — Nicostr. §. 8: οὐ μὴ θελήσηι cum omnibus libris. Quare dubitandum; magis etiam ubi ὅπως ποιήσωμεν taliaque exhibentur, quum ὅπως μὴ προαξώμεθα Pac. §. 14 pr Σ (dimidio ω eraso barbarum mutatum est in προαξόμεθα) cum reliquis habeat, Olynth. III §. 1: ὅπως μὴ πεισωμεθα pr (rasurâ ω in ο mutatum est), Olynth. III §. 22: τί ὑμῖν χαρίσομαι (futurm esset χαριοῦμαι) pro χαρίσωμαι, quumque contra hodie nemo nesciat Dawesianum illud modo ac ratione esse circumscribendum.

Cf. Hyperidis Ardeniani papyrus Col. 1 p. 24, 5 ed. Schneid: ὅπως μὴ — πλησιασηι Χαρίππῳ, ἀλλὰ διαφυλάξει. ubi vid. Schneid. — Fortasse idem lapsus est Olynth. III §. 29: καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχηι; loco vulgati ἔχοι. Contra Chers. §. 57: ἄν τι λυπεῖσθε pro ἄν τι λυπῆσθε.

Similiter ac ει cum ηι confunditur αι cum ε,* ut ἐνεχειρίζεται imperfectum Aristog. I §. 49. — Ib. §. 85: ἀκουσετε, ut Aristog II §. 27: εὑρήσαιμεν (loco εὑρήσομεν). Illae formae sunt infimae Graecitatis. — Phil. I §. 17: ἴσως ἂν ὁρμήσετε — ποιήσετ' ἄν.

ζ et σ confunduntur, ut οἱ δικάσοντες Aristog I §. 4. cll. §. 3 pro οἱ δικάζοντες i. e. οἱ δικασταί. Contra videtur Chers. §. 48: ἐὰν λογίζηται —, εὑρήσει. nam h. l. notio futuri exacti aptior esse videtur, et habet idem codex cum omnibus λογίσηται in repetito loco Phil. IV §. 24. — Mid. §. 16: ἱερὰν γὰρ ἔγωγε νομίζω πᾶσαν, ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάζηται (sic Σ cum aliis), τέως ἂν χρησθῇ. praeferendum est vulgatum παρασκευάσηται sententiae aptius.

De terminatione: Phil. IV §. 31 εντυχημααπαυτοματου, in marg. recenti manu corr. in εὐτυχήματα ἀπὸ ταὐτομάτου. recte. sequitur enim οἷς. — Aphob. I §. 7: τὰ μέγιστα κεκτημένοι τίμημα pro τὰ μ. κ. τιμήματ'. Hinc dubitari potest, rectene ὑπόμνημα Androt. §. 74 in Σ scriptum sit pro vulgato ὑπομνήματα. Attamen quum singularis numerus ad οἱ στέφανοι ibi possit apponi, de quo usu vid. Bernhard. Synt. p. 65, et quum non solus Σ, sed etiam alii codices singularem numerum tueantur atque idem ille in loco repetito Timocr. §. 182 sibi constet, singularis tenendus est. — Phil. IV §. 37: οὕτως δὲ σκοπει pro οὕτ. δὲ σκοπεῖτε in fine lineae. — Böot. II §. 59: τίς ἂν ὑμῶν πιστεύσει pro τ. ἂν ὑ. πιστεύσειεν. — Phil. IV §. 42: τοῖς μὲν τοίνυν εὐπόροις ταύτῃ χρωμένους (sic pr. sed hoc ν eraso pervertit quis accusativum in χρωμένοις) loco τοὺς μ. τ. εὐπόρους τ. χρωμένους. Cf. Hyperideus papyrus Ardenianus Col. 25 p. 6, 21 ed. Schneid. τούτων pro τούτου, ubi sequuntur πολλῶν καὶ ἄλλων. item p. 27, 3. — Phil. IV §. 58: οὐδεὶς πώποτε τουτον (pr: τουτων. corrector erasit partem literae ω) εἶπεν ὡς ἀδικεῖ καὶ πολεμο (excidit ν ante π) ποιεῖ, — τούτους πολεμο ποιειν. — Sunt etiam loci, ubi πρότερον et προτέρων, quamquam in Σ plurimis in locis rectius servatum est, tamen ob similem terminationem etiam confundantur, ut Phil. IV §. 36: ἐρῶ δ' ὑπὲρ τῶν ἐν χρείᾳ δοκούντων εἶναι προτερων. — Similiter τῶι pro τὸ Phil. IV §. 55: τῶι (sic prima manus, quam viridi colore correxit posterior i. e. Saeculi XVI. corrector in τὸ) τὴν εἰρήνην ἄγειν — καὶ τὸ (sic recte etiam pr.) τρέφειν.

Male transpositorum vocabulorum ordo lineolis restitui solet, quod nonnunquam negligitur, ut Phil. IV §. 63: ἔξω τῶν pro τῶν ἔξω. Cf. Phil. III §. 53. — Mid. §. 11: περὶ τῶν κατὰ τὴν pro κατὰ τῶν περὶ τὴν. Cf. §. 26 extr. §. 28. — Etiam §. 15: τοῖς ἄλλοις ἔξω τοῦ pro τοῖς ἄλλοις τοῖς ἔξω τοῦ. — Böot. II §. 39: αιδιον (finis lineae) πω καὶ pro αἱ δίκαι οὔπω.

Quod Chers. §. 68: οὔτε γενοίμην habet ob praegressum οὔτ' εἰμί, non majori crimini dandum est, quam quod Phil. IV §. 44 ἐπὶ τὰ ἴδια μεταβιβάζοντας confuderit scriba cum ἐπὶ τὰ ἴδια διαβιβάζοντας.

Nullae vero syllabae saepius confusae sunt quam ει et ι, ut στρατια pro στρατεία Cor. §. 100. — Foed. Alex. §. 3: δευρ εἰ pro δευρὶ. — Megal. §. 25: περιειδωμεν pro

*) „In Hyperid. Ardeniano αι et ε saepe, αι et ει perraro confunduntur." Schneidewin. in Addendis.

περιίδωμεν. — Fals. leg. §. 138: ειδηι pro ἴδῃ, ut apparet e praegresso εἶδε. — Aristog. I §. 28 κεκλιμένης pro κεκλειμένης. — εμπορείωι c. Apatur. §. 6, ubi Bekkerus: „Σ ita solet.“ Cf. orr. c. Phorm. aliaeque privatae. Item ἐμπορείαις Dionys. §. 8: οἱ δ' ἐπέπλεον ταῖς ἐμπορείαις — ἵνα — εἰς ἄλλο τι καταπλεύσωσιν εμπορειον. Attamen Phil. I §. 32: ἐμπορίων. Pro Phorm. §. 44: εμποριωι. — Porro Μαρωνιτῶν Polycl. §. 20. — σιγιον pro Σίγειον Olynth. II §. 28. — σειροῖς pro σιροῖς. Phil. IV §. 16. — Ibidem §. 46 κατέλειπον pro κατέλιπον. nam vid. Olynth. III §. 36. In aliis locis difficilius est judicatu, utrum praeferendum sit ἔλειπε an ἔλιπε.

In or. Aphob. promiscue fere secundum Σ καταλιπειν et καταλειπειν pater Demosthenes dicitur rem familiarem. Imperfectum possit defendi ut de partibus rei intelligendum. At I §. 4: ούμὸς πατὴρ — κατελειπεν οὐσίαν μὲν σχεδὸν τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων, ἐμὲ δὲ ἕπτα ἐτῶν ὄντα (sic Σ). — ἅπαντα ταῦτα ἐνεχείρισεν Ἀφόβῳ etc. Hoc loco nec potest, quum ex asse haereditas dicatur, cogitari de partibus, nec quod Funkhaenelius (Symbol. crit. in Dem. Edit. minore Turic. T. IV p. VII sq.), ut imperfectum defenderet, discrimen statuit: „Τὰ καταλειπόμενα, inquit, die Hinterlassenschaft, ita dicuntur, ut rei superstitis ratio habeatur. Aoristo si orator utitur, id tempus spectatur, quo qui testamentum fecit, mortuus est.“ Recte quidem τὰ καταλειπόμενα haereditas dicitur. Aphob. II §. 6: ἐν οἷς πολλὰ τῶν καταλειπομένων (Σ καταλιπομένων sic. sed idem I §. 45 recte καταλειπομένων, ubi Aug l et r: καταλιπομένων) οὐκ ἐγέγραπτο. At participii et indicativi ratio differt. Indicativus enim imperfecti usurpari non potest de haereditate superstite; in aoristi autem indicativo, participio et infinitivo respicitur tempus, quo moriturus pater sua reliquit. Qua de re ubique in orr. Aphob. occurrit τὰ καταλειφθέντα, καταλειφθῆναι. Perlustremus jam alios Aphob. I locos secundum Σ.

§. 8: οὐ πένητα κατέλειπέν με ὁ πατήρ. — §. 9: ὁ γὰρ πατὴρ — κατέλειπεν δύο ἐργαστήρια etc., καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλειπεν. §. 11: καὶ ταῦτα μὲν οἴκοι κατέλιπε πάντα. Si quis (Bremius ad §. 4) dixerit aoristum extremo loco ad omnia colligenda positum esse, praecedenti, ubi partes singulas orator exposuerit, probum esse imperfectum, eo refutatur, quod οὐ πένητα κατέλειπέν με ὁ πατήρ nihil attinet ad partem. Accedit §. 44 sq.: πλέον ἢ διπλασίας ἧς ἐμοὶ κατ^ε^λιπε^ι^ν (sic Σ. primae manus est καταλιπειν. corrector ejusdem aetatis punctis notavit α et ει, et superscripsit ε bis, ut esset κατέλιπεν. Non habet pr. Σ καταλιπεῖν cum accentu, ut Bekk. et Dind. tradiderunt). Οὐ γὰρ — ἐμὲ πένητα ἠβούλετο καταλιπεῖν. Quare restituendum esse iis locis nunc putamus vulgatum aoristum. Addamus cetera ex Aphob. I secundum Σ: §. 32: ἐκεῖνος κατέλειπε τοσοῦτον τὸ πλῆθος. — §. 49: οὔτε γάρ, ὡς ὀφείλοντά με κατέλειπεν ὁ πατήρ, ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπέφηνεν, ubi F (ut supra §. 44): καταλιπειν pro κατέλιπεν. Etiam de partibus haereditatis aoristum usurpari, locis omnium codicum in hoc tempore consonantium ostenditur, ut §. 18: ἐμοὶ δ' (scr. γὰρ) ὁ πατὴρ κατέλιπεν τριάκοντα μνᾶς. — §. 24: οὓς κατέλιπεν ὁ πατήρ. — §. 26: οὐδὲν ἂν (om ἂν Σ) αὐτῶν παρέλιπον. νῦν δ' ὠμότατ' ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καταλειφθῆναι. — §. 30: σιδήρου τοῦ καταλειφθέντος. — κεκτημένον — ἐλέφαντα καταλιπεῖν. — §. 31: τοῦτον οὔ φασι καταλιπεῖν οὐδὲν τούτων etc., ut de tota haereditate κατέλιπεν §. 40 sq. κατελείφθη §. 57. Deinde quamquam imperfectum pro diversa sententia cum aoristo potest copulari, non tamen de eodem ordine temporis, ut §. 53: τέτταρά μοι τάλανθ' ὁ πατὴρ κατέλιπε κατορωρυγμένα

(*ορ* corrector ejusdem aetatis addidit) *καὶ τούτων κυρίαν τὴν μητέρ' ἐποίησεν*. Cf. Eubul. §. 70: *ὀρφανὸς κατελείφθην*. Denique respondet *ἔδωκεν* in causa Aphobi de ea re toties dictum, nunquam *ἐδίδου*.

His omnibus consideratis vitia illa sunt non lectionis, sed scripturae, qualia etiam in bis mille annorum codice Hyperidis Ardeniano (Schneidewin. p. XII sq.), omnia levissima et pro amplitudine libri omnino paucissima. Codex Σ non solum nitore, sed etiam lectionis praestantia et scripturae diligentia excellit. Quae quum ita sint, consentaneum judicamus etiam omisisse scribam, quae omiserit, nec festinanter nec negligenter. Imo inculcata in aliis libris, in codice praestantissimo pro arte oratoria et vi eloquentiae vel ex alia ratione recte abesse plurima apparent. Itaque sunt quae Σ omisit delenda, ubi illa ratio intelligitur nec signa negligentiae, qualis exempla protulimus, vel aliae suspicionis causae manifestae sunt. Ad praestantiam codicis, etiam ubi reliquis brevior est, demonstrandam accedunt Aristides, passim Harpocratio, alii Grammatici, ubi Demosthenica citant. Itaque illa brevitas non est temeraria.

At fortasse consilio et brevitatis studio grammaticus quis vel rhetor delevit, quae larga manu Demostheni dare placuerit. Scilicet iste esset Demosthene magis Demosthenes, cujus oratoris quum uno ore universi collaudent gravitatis vires, brevitatis robur, concinnitatis venustatem. Contra est consentaneum genuinis Demosthenis verbis esse immixta vocabula et sententias a rhetoribus et interpretibus simplicitatem exornantibus vigoremque emollientibus jam antiquo tempore, fortasse in scholis vel Alexandrinis vel Pergamenis vel Rhodiis vel Antiochenis. Nam Hermogenes jam aliquoties atque alii rhetores et lexicographi, nisi horum libri secundum editiones Demosthenis, inprimis Aldinam (vid. Reisk. ad Cor. p. 241, 10), ab editoribus refecti sunt, locos Demosthenicos partim amplificatos citaverunt, qui in bonis codicibus Dem. breviores traduntur. Exemplum proferam fals. leg. §. 284 Hermogenes Form. Lib. II, 7 p. 340 W. simplici *ἠτίμωται* addidit *καὶ ὕβρισται* e §. 287. Neque vero solum antiquo tempore Demosthenis orationes retractatae sunt, multo magis posteris Saeculis et in recentissimis libris manu scriptis maxime auctae et infuscatae, ut in his robusti illius oratoris dicta saepe enervata esse videamus. Aliorum quoque eorumque bonorum codicum auctoritas probat plurima ab Σ omissa abesse merito. Minimum ergo cogitandum est de duplici ipsius Demosthenis editione, quam suspicatus erat clar. Spengelius in Academ. Monac. 1839 p. 164 sq. Contra quem vera vidisse censeo Funkhänelium in Epist. Gratul. Isenaci 1840, in qua vir doctissimus exposuit additamenta in codicibus inventa Demosthenico ingenio esse aliena.

Varia.

Apices, accentus et spiritus in Σ primum adpicti non erant, nisi forte in nonnullis vocabulis, sed post scriptas orationes additi, partim pallido atramento fortasse ab antiquo correctore, qui Δ similiaque clausulae subscripsit, passim a recentiore. Ut in Timocratea literae et apices sunt ejusdem manus, ejusdem atramenti pallidi flaventisque, ejusdem instrumenti acris. Per alias orationes signa facta sunt calamo et atriore colore, per alias, quamvis rarissime, penna et recenti atramento.

Etiam notarum aetas est diversa: ⊣ ʾ ⊢ ʿ ^ ^. De quorum signorum diversa aetate vid. Bast. Palaeogr. Comm. p. 860. alios. Jam vero initio ad discernenda vocabula

aliamque ob causam calligraphus fortasse ipse addebat, ut ἄνθρωπος et ανθρωπος. — ἅυτου et αυτου sive ἅυτου. Cor. §. 260: τίς οὐκ ἂν ὡς ἀληθῶς ἅυτὸν εὐδαιμονίσειε καὶ τὴν ἅυτοῦ τύχην; sic duplici spiritu. — §. 262: μισθώσασἅυτὸν i. e. μισθώσας αὑτὸν loco μισθώσας σαυτὸν. Eodem consilio passim invenitur apostrophus, ut αλλ'ᾰ et αλλα. — ἀλλ' ἤ (Halonn. §. 14) et ἄλλη. — μηδέν' Olynth. II §. 27, ubi accentus nunc erasus est. — οτι et ο,τι (Phil. III §. 3). — εἴπωμεν et εἴπωμὲν (Chers. §. 52). — Etiam varia manu: παρα primae Phil. II §. 26 recentior distinxit in παρ' ἃ. — Phil. III §. 8 pr. περὶ ἅυτὸν correxit recentior in περὶ αὑτὸν. — Chers. §. 58: Καρδίαν recenti accentu, quum super ultima litera aliquid erasum est. — Tertia fere pars codicis Σ omnibus apicibus caret et ubicunque signa occurrunt, nusquam sunt continua vel sibi constantia. Talis apicum usus in aliis antiquis papyris et codicibus invenitur. De papyris aetatis Augusti (?) vid. Osann. Quaest. Homer. Part. II p. 4 sqq. De Vaticano bibliorum sacrorum codice (B. No. 1209) Saeculi IV$^{i}_{v}$, Dioscoride Caesareo Vind. ejusdem Saeculi, Borgianis fragmentis Saeculi V$^{i}_{v}$ vid. Tischendorf. De Cod. Vaticano in Ullmann. Stud. et Crit. 1847. I.

Interpungebatur passim in Σ, idque nonnunquam ab ipso calligrapho. nam literae ejusdem lineae continuari solent, sed nonnunquam ubi interpunctum est, spatium relictum esse apparet. At in longe plurimis locis recentior interpunxit, ut Olynth. I. §. 26: Θηβαῖοι; — Φωκεῖς; Ibi plurimum interpungebatur, ubi sententia dubia est, ut Phil. II §. 18: θεραπεύει τινάς. Θηβαίους καὶ Πελοποννησίων τοὺς ταυτὰ βουλομένους. — Olynth. I §. 9: νῦν ἤδη (sic pro νυνὶ δὴ) καιρὸς ἥκει τις οὗτος· ὁ τῶν Ὀλυνθίων. Post οὗτος recenti (atriore) atramento signum (•) mutatum est in hoc (;). Priorum enim correctorum ratio interpungendi est antiqua solis punctis aut ima linea positis aut summa aut media (. • •). Etiam duo puncta in fine capitis inveniuntur (:), ut Phil. I §. 29 τοῦτ' ἤδη λέξω:

Compendia rara quidem calligraphi, inveniuntur tamen haec: ν in terminatione lineola significatum. — θαι. — καὶ vario signo nec tam raro occurrit quam alia, etiam in medio vocabulo, ut δίκαιος, σκαιός. — Praeterea breviter scribuntur ου. των. ἄνθρωπος. πατήρ. μήτηρ. σωτηρία. — Compendium γὰρ simile est nostrae Y. — In λαβεῖν et fortasse in aliis infinitivis, certe rarissime, ειν breviter scriptum est.

Πίναξ, in folio primo scriptus, cui adjeci clausulas orationibus subscriptas

NB. Qui scriba arabicas notas addidit, numeravit primum vacuum folium addens. Tum aliquoties erravit uterque.

λε.	πρὸς Ἡρακλεόδωρον	φλ. τμς^{a}	358.	ΔΔΔΔ.
λς.	περὶ τῶν Λυκούργου παίδων . .	„ τμς^{b}	359.	𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔ.
λζ.	κατὰ Ἀφόβου περιτροπῆς α . . .	„ τνα.	364.	𐅅ΗΠΔΔΔ. Rubro. (Corrige Π in 𐅄). Δφ pallido atramento.
λη.	„ τοῦ αὐτοῦ β	„ τνθ.	372.	ΗΗΔΔΔΔ. Rubro. Δ pallido atram.
λθ.	πρὸς Ἄφοβον ὁ ὕστατος	„ τξβ.	375.	Δ atram. Sine numeris.
μ.	„ Ὀνήτορα ἐξούλης α	„ τξθ.	382.	Δ pallido atram. Sine numeris.
μα.	„ „ ἐξούλης β	„ τοδ.	387.	ΗΔΔΔΔ. Rubro. Ἕως ὧδε Δ pallido atr.
μβ.	κατὰ Κόνωνος αἰκίας	„ τος.	389.	ΗΗΗΗ𐅄Δ. In fine argum. in Dionys. rec. manu.
μγ.	„ Διονυσοδώρου	„ τπβ.	395.	Δ rubro manu Calligraphi. Sine numeris. Cum arg. in Olympiod. rec. man.
μδ.	„ Ὀλυμπιοδώρου	„ τπη.	401.	Haec orat. om. est in indice folii primi. Δ rubro. In fin argum. in Energ. et Mnesib. Sine numeris.
με.	„ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου ψευδομ.	„ τϙε.	408.	Cum arg. in Callicleam in vacuo fine. Sine numeris.
μς.	πρὸς Καλλικλέα	„ υε.	418.	Δ rubro manu Calligraphi. Cum arg. in Polycl. rec. manu Sine numeris.
μζ.	„ Πολυκλέα περὶ τριηραρχήματος	„ υθ.	422.	Cum arg. in Cor. Trier. in calce rec. manu. Sine numeris
μη.	περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας	„ υιη.	430.	ΗΗΠΗ (corrige ΗΗΠΙΙ). Cum arg. in Nicostr. rec. manu in fine.
νθ (ν ex errore pro μ).	Πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων	„ υκ.	433.	ΗΗΠΙ. Δ. Utrumque rubro. In fine argum. or. in Timoth recenti manu.
ν.	Πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέως . . .	„ υκδ.	437.	Sine numeris.
να.	„ Κάλλιππον	„ υλβ.	445.	ΗΗΗΔΔΙΙΙ. Sine argumento.
νβ.	„ Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος	„ υλε.	448.	ΗΗΗ𐅄ΔΔΔ. Cum arg. Bŏot. II in fin. vacuo, recenti manu
νγ.	„ „ „ προικός .	„ υμ.	453.	𐅅Ι𐅄ΔΔ. Cum arg. Spud. in fin. vacuo item.
νδ.	„ Σπουδίαν περὶ προικός . .	„ υμη.	461.	Δ rubro. In fine vacuo arg. in Phanipp. recenti manu. Sine numeris.
νε.	„ Φαίνιππον	„ υνα.	464.	In calce addidit recens manus argum. in orat. in Macart Sine numeris.
νς.	„ Μακάρτατον περὶ Ἁγνίου κλήρου	„ υνς.	469.	𐅅Η𐅄ΔΔ. In fine arg. in Leochar.
νη.	„ Λεωχάρη	„ υξδ.	477.	𐅅ΗΔΔΔΔ.
(νθ)	Ἔφεσις πρὸς Εὐβουλίδην	„ υοβ.	485.	𐅅Ι𐅄ΔΔΔΔ. Cum arg. in marg. in hanc ipsam or. a rec manu. et infin. arg. in or. in Theocr. item a rec. manu.
ξ.	Ἔνδειξις κατὰ Θεοκρίνου	„ υπα.	494.	Δ rubro eadem manu, qua tituli, quos ut omnia rubr idem Calligraphus scripsit, qui orationes. Sine numeris
ξα.	Ἐρωτικός	„ υϙ.	503.	𐅅Ι𐅅ΔΔ. (corrige alterum 𐅅 in 𐅄). Sine arg.
ξβ.	Ἐπιτάφιος	„ υϙζ.	510.	ΗΗΗΗΙΙΙΙ.
Non sunt notis numeratae orationes.				
	Περὶ συντάξεως	„ φβ.	515.	ΗΗΗΔΔΔ pallido atramento. — Δφ antiqua manu, cuju marginalia hujus orationis et corr.
	Περὶ τῶν συμμοριῶν	„ φς.	519.	ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔ. Δ Rubro.
	Ὑπὲρ Μεγαπολιτῶν	„ φια.	524.	ΗΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ Η. Rubro. — Δφ pallido atramento, cuju manu marg. et corr.
	„ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας . .	„ φιε.	528.	ΗΗΗΔΔΔΔΠΙΙ rubro. — Δφ pallido atramento manu cujus antiquae correctiones in hac oratione sunt.
	„ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. καὶ πλέον οὐδέν . .	„ φιθ.	533.	In fine manca. Desinit enim scriba antiquus in advers folio φκ 533 verbo ultimo γεγραμμένον §. 10. Aversan paginam alius ex editione Parisina a. 1572 explevit.

Argumenta ab antiqua manu non sunt scripta, imo a recentissima inserta pro spatio explendo. — D scholiis vid. Dindorf. Praef. Oxon. Vol VIII p. 5.

Schulnachrichten.

Mit gebührendem Danke erhielt unsere Wittwen- u. Waisenkasse den 17. März d. J. von Herrn Wilhelm Schmidt fl. 4. — d. 24. dess. von Herrn Dr. Med. Adolf Schmidt fl. 4.

Den 8. März wurde Herr Conrector und Professor Dr. Schwenck von Einem Hohen Senate in den Ruhestand gesetzt mit Beibehaltung seines Titels, Ranges und ganzen Gehaltes unter Anerkennung seiner langjährigen Leistungen. Den 15. Febr. beantragte ich bei Hohem Senate meine Emeritirung, da ich im vierzigsten Dienstjahre stehe. Den 22. März wurde mir mein Gesuch willfahrt, jedoch mit der Auflage noch so lange in Amtsthätigkeit zu bleiben, bis mein Nachfolger eingetreten sey.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Gönner und Freunde unserer Schule und die Hochgeschätzten Eltern unserer Schüler ergebenst einzuladen.

Obrigkeitliche Anordnung der Prüfungen

im Classenzimmer II.

Mittwoch den 24. August 1853. Vormittags.

Classe.	Uhr.		
I.	9—10.	Plato	Vömel.
	10—11.	Geschichte	Kriegk.
		Nachmittags.	
II.	3—4.	Cicero	Vömel.
	4—5.	Mathematik	Oppel.
		Donnerstag den 25. August Vormittags.	
III.	9—10.	Caesar	Weismann.
	10—11.	Französisch	Ernst.
		Nachmittags.	
IV.	3—4.	Griechisch	Hechtel.
V.	4—5.	Lateinisch	Scholl.
		Freitag den 26. August Vormittags.	
VI.	9—10.	Lateinisch und Deutsch	Schmidt.
	10—11.	Geographie	Schmidt.

Progressionsfeierlichkeit im Kaiser-Saale.

Freitag den 26. August um 3 Uhr.

Choral.
Vortrag des Rectors.
Karl Aug. Günster II: Vergleichung Homers und Virgils.
Versetzung.
H. Joseph Kirschbaum I: De Demosthene summo oratore.
Preisvertheilung.
Entlassung.
Choral.

Gd 15.790
Examina solemnia Gymnasii Francofur
Widener Library 007118361
3 2044 085 109 783